



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. II. De Christi lachrymis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

victoria. In hoc vincemus. Neque enim alia ex arbore palmæ. Scriptores Christiani omnes & omnium antiquissimus Eusebius affirmat, atque in re adeo mirificā recensendā ipsūmet Imperator Constantini hæc sibi iurjurando affirmantis fidem obligat, crucis signum in caelo hac specie monstratum. Sole in pomeridianas horas paullylum inclinante tam ipse Imperator Constantinus, quam omnis illius exercitus crucem è radiis effigiatam soli imminetrem viderunt, & unā inscriptionem hanc: *EVYTERO VIXIT*. Cūque dubius de ostenti significatu hæretet Imperator, nocte proximā Christus cum eodem se signo præbuit spectandum, iustitque ad exemplaris ostentis formam fieri signa præliis interda.

Erigamus ad cælum oculos, & cælestem hunc arcum inspiciamus assidue. In hoc signo vincemus. Hic ipse homo, hic ipsissimus Rex Judæorum in crucem actus supremo mundi die non latronum, sed Angelorum medius non in cruce pendens, sed in iride sedens, orbi iudex sententiam pronuntiabit tam dextræ quam levæ parti; illam astris, hanc inferis additurus: *Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.*

CAPVT VIII.

Christus moriturus gratiæ cælestis quatuor emisit flumina, sudorem, lacrymas, aquam, sanguinem.

DE Iride Golgothæa diximus. Christus in crucem actus, & in ea extensus velut iris in caelo stillare cepit, & diffuere in quaterna flumina, SVDORIS, LACRYMARVM, AQVÆ, SANGVINIS. Hæc illa quatuor sunt paradisi & gratiarum flumina, de his hoc capite disseremus.

§. I. De letali sudore Christi.

ONS primus balsami, seu flumen gratiæ Christi crucifixi, SVDOR LETALIS. Quemadmodum Dei Filii Patri eximius non fuit, quin moreretur; ita certè prævium mortis comitatum sensit, tam in horto, quam in cruce sudavit. Adami paradisi exul nongentis triginta annis variè sudavit, & alsit, prout illi prædictum fuerat: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*. Sudavit cælum quadraginta diebus & noctibus, terramque perpluit diluvio. Tam longi tamen & largi sudores nequiverunt noxas humanas abluere. Hic Christi sudor expectabatur, qui tamen non primùm fluere cepit sub vitæ finem. Nam Dominus *Jesus satigatus ex itinere*, quod Joannes ait, *sedebat sic supra fontem*. Hora autem erat quasi sexta. Ipse meridies, tempus prandii, sole ac caelo maximè æstuante. Odâ veteri cantamus: *Quærens me sedisti lassus, Redemisti crucem passus*. Hæc omnia tibi Christus voluit esse acerba.

Ezechiel vates post explicata summi Pontificis vestimenta, *Et non accingentur*, inquit, *in sudore*. Nimirum vetuit Deus Sacerdotem vestiri, cū sudaret. Sed en Pontifex noster dum litat, sudore mortuali gelido manat. Ideo sua omnia vestimenta posuit, & seipsum nudus obtulit. Eum ita sudasse non mirum, sudatoriam portionem geminam sumpsit. Prima fuit Ardor & vehementia orationis: *Abba Pater. si possibile est, transcat à me calix iste*. In ipsâ cruce pro orbe toto, & pro ipsis carnificibus suis oravit. *Pater dimitte illis*. Credibile profus Christum toto trium horarum spatio, quod tenebræ fuerunt, orasse silentio. Vehementiam orationis Rex David exprimens, *Concaluit cor meum intra me*, inquit, *& in meditatione meâ exardescet ignis*. Altera portio sudatoria fuit, *Lucta mortis*. Si cui monstretur corbis recentium rosarum plena, cum dicto: *Quidquid hoc florum est, in*

aquam commurandum est. Quomodo tandem? Igni eliquantur; hinc aquæ in clibano exdata. Orationes Christi rosæ fragrantissima, has eliquavit ignis. Hinc vinum rosaceum præstantissimum, Christi sudor in horto calidus & sanguineus, in cruce mortualis, & frigidus. Quis umquam credidisset Dei Filium in tale sudatorium compingendum? Nobis illud debebatur & nostræ crapulæ. Quod nos intemperanter ingessimus in paradiso, hoc illi exsudandum fuit in ligno.

Noctentissimum ajunt in sudore refrigerari. Hieronymus Cardanus cenet, multa millia hominum sibi mortem accelerare eâ re unâ, quod in sudore frigus colligant. En caput nostrum & in horto, & in cruce sudat, nos membra parum obsequentia in rebus omnibus refrigerationem, laxamentum, amœnitates, solatiola querimus, quod probro est capiti, & nobis damno. Hic discamus otiositatem modis omnibus execrari & fugere. Hoc autem sæpissimè cuivis cogitandum: In quem, obsecro, finem creatus sum? Num ad otium, & suaviter ferendum? Si hoc spectasset meus conditor, paradiso me non exturbasset. Atqui non tantùm ejectus sum voluptatis horto, sed dictum insuper proseripio: *In sudore vultus tui (non in torpore, aut sopore) vesceris pane tuo*. Homo deses & otiosus hoc Numinis edictum temerariâ manu lacerat. *Multam profectò malitiam docuit otiositas*. Quem satan suavi compendio in suam cupit nasam trahere, hunc exarmat iis subsidiis, quibus in otium pugnatur; ita huic libros & calamus, illi limam & malleum, isti subulam, & modullam subducit. Ita inermes in otium & in omne vitium propellit. *Vigilate & orate*. Quis autem major labor, quàm rectè orare?

Pachomius æstivâ nocte quadam totâ in precationibus pervigil, tantùm sudoris & lacrymarum fudit, ut pavimentum, quod genibus terebat, multâ perfusum aquâ crederetur. Nimirum noverant viri sanctissimi, jam non esse tempus laxamenti & quieris, sed sudoris & lacrymationis. *Certè emittur*, inquit Augustinus, *paupertate regnum, dolore gaudium, labore requies*. Nec aliam accipit Deus monetam, ut vendat cælum.

Ad Bethsaidæ quinque porticus, quod Joannes memorat, *jacibat multitudo magna languentium, caecorum, claudorum aridorum, expectantium aquæ motum*. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat, a quacumque detinebatur infirmitate. Non semper fiebat sanus, sed post aquæ motum; nec omnes fiebant, sed unus & primus aquâ merfus. Ut sua Deus in nos dona congerat, nostram conjungi operam desiderat; suam nobis gratiam offert, sed volentibus & eam ambientibus. Illud singulare sanitatis munus non nisi diligentissimus & celeritimus obtinebat, tamquam si præmium sit propositum hac lege: Qui prævenit, præcipit. In arcæ fabricâ, quidquid humanis viribus parari poterat, à Noëmo Deus exigebat, cetera ipse factururus. Certè nec in paradiso quidem otiosos homines tulisset Deus; nam parentem omnium posuit in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum. Quanto magis nunc miseris exulibus operandum? Sudor Christi detestationem otii nos docet. Verissimè dixit Hieronymus: *Nihil otio deterioris est, quod non solum non acquirit nova, sed etiam parva consumit. Sanctæ vitæ ratio processu gaudet, & crescit, cessatione mihi p. 11. torpescit & deficit.*

§. II. De Christi lacrymis.

ONS alter balsami, LACRYMÆ. De Christi lacrymis in cruce fuis disertè Paulus, *Qui in diebus carnis sue, inquit, preces supplicationesque ad eum, qui posuit illum salvum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentiâ*. Ambrosio interprete loquitur Apostolus de illis Christi in cruce verbis: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Has lugubres voces & lacrymas, angustie ac dolores expresserunt. O mi Deus, res

Otiositas fugienda.

Gen cap. 3. v. 19.

Ecclesi. e. 33. v. 29.

Joan. cap. 5. v. 3. & seq.

Gen. cap. 2. v. 15.

Hieron. tom. 9. epist. 1. ad Demetrium. mihi p. 11.

2. Lacrymæ. Hebr. cap. 9. v. 7.

Matt. c. 27. v. 46.

eone deduci potuit, ut ipse Dei Filius, cæli gaudium, voluptas omnium Angelorum, angoribus & mæroribus circumfluens solveretur in lacrymas? Sunt optimæ notæ scriptores, qui censeant Christum non in cruce tantum sed etiam in hortu, & in prætorio inter flagella & verbera lacrymatum.

Isidorus refert è præci Philosophi sententiâ, Regi flere non decorum, tamquam si Regis mæstas, & mentis imbecillitas parum cohæreat. Quod si Rex cernatur flere, à malo non levi eum premi argumentum erit. Certè Rex Alexander Macedo cadavere Clyti, quem pridie occiderat, in tabernaculum illato, obortis lacrymis de cæde paratâ gravissimè seipsum cepit acculare. Cùmque lacrymis querelisque finis non fieret, iussu amicorum corpus ablutum est. Ramius Rex Hispaniæ bello insignis & pius; post viginti duos regni annos in extremis constitutus, regnum, quo se abdicarat, Ordonio filio commisit, Eucharistiam maximo sensu percipit, cum lacrymis proclamavit: *Nudus egressus sum de utero matris mee, nudus revertar illuc.* Christus Rex hominum & Angelorum plorat ob regnum, de quo Pilato dixerat: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Hoc regnum à nobis turpissimè perditum luget, & Patri nos lacrymis conciliare, atque in pristinum regnum vult reponere ejectos. Exauditum, ait Paulus, pro sua reverentiâ.

Pia lacrymæ precatio efficacissima: Una lacrymarum guttula è corde puro fusa plus abluunt noxarum, quam oratio longissima, sed arida. *Lacrymas Petri lego*, inquit Ambrosius, *satisfactionem non lego. Non invenio quid dixerit, sed quia fleverit. Quod defendi non potest, abluuntur: lacrymæ delictum. Oratio Deum lenit, sed lacryma cogit.* Quam ergo vim habuerit è purissimis oculis Filii Dei profluentes lacrymæ, in lavacrum scelerum nostrorum?

Illud tamen nimis quam horrendum, omnibus Christi lacrymis, quas ante cruciatu suos, & in ipsis cruciatibus, quas nascens & moriens profudit, flammam avernalem non fuisse sopitam, arder illa æternum ardet. Quemcunque illa corripuerit, hunc nunquam refrigerabunt Christi lacrymæ, quæ pœnitentiam docent, & respicientibus profunt. Brasili Indiæ populi, quod Petrus Massæus narrat, in potestate habent lacrymas; charorum adventum, circumdatis collo brachiis, appresso ad pectus capite, cum effusa comploratione, alitque suspiriis primùm excipiunt, viâ laborem & incommoda miserantes. Christus cruci affixus, omnes ad se venientes è longinquâ peccati regione paratissimus est excipere, brachia pandit, verticem submittit, lacrymas effundit, nec apprimere tantum pectori, verùm etiam intromittere vult, si ipsi tamen se submittere velint, & respicere.

Beatus Domnolus Cenomanensis Antistes, uti mensam nunquam sine pauperibus convivis, sic aram rarè accessit sine lacrymis. Christus Servator ultimo vitæ triennio sine pauperibus discipulis, piscatoribus egenis nunquam accubuit. Die Parasceves seipsum orbis bono immolavit, preces supplicationesque cum clamore valido & lacrymis offerens. Sunt qui putent Christum nunquam orasse sine lacrymis, eamque ob causam à Paulo dictum: *Qui in diebus carnis sue, preces supplicationesque cum lacrymis offerebat.*

Credibile prorsus est, Christum in supremâ cenâ ante Judam proditorem non sine lacrymis in genua procubuisse, ac pedes lavasse. Sciebat amantissimus Magister, miserum ad inferos properare post tot auditas conaciones, post tot visâ miracula, post aliquot annos in sanctissimâ vitæ disciplinâ exactos, in sempiternum exitium abire præcipitem, nec aliam interitûs sui habere causam, nisi suavem nuperam reprehensionem, & nummi amorem. Hunc discipulum obstinatissimè perentem, Christus animo commiseratus, lacrymas non dubitem, in ipsum pellivium, quo suorum pedes abluerat, spar-

Asit. Ibat tamen infelicissimus mercator, ibat perfidissimè obstinatus, non Christi Corpore & Sanguine in alimoniam porrecto, non sermone Christi suavissimo, non occultis in cenâ minis, non lavatione pedum & lacrymis emollitus; ibat & peribat. Quid nequius animo in scelus obstinato, quem nec Angeli nec Deus ipse flexerit, quem nec Christi cruentus sudor, nec aqua pectore scaturiens, ab oculis stillantes lacrymæ, nec toto corpore prorumpens sanguis emolliverit ad cõsilia sanctiora?

Ergo sapius flevit Dominus Jesus, quem publicè ter flevisse testantur Evangelii scriptores. Flevit Servator ad defuncti Lazari monumentum, flevit in suomet triumpho parricidalem civitatem Hierosolymam convituit, flevit ipsos parricidas suos è cruce spectans sibi illudentes. Si igitur tam in luctu, quam in triumpho & supplicio publico flevit; utique solus non fuit, quod cælesti carmine significatur. *Oculi tui sicut pisina in Hierosolyma*, misericordiæ ac lacrymarum pleni exundabant sapius, quam in ullo hominum sanctorum. Misericorsens Jobus pauperis, *Flebam quondam, ait, super eo, qui afflictus erat, & compariebat anima mea pauperi.* Hieremias vates, *Qui dabit capiti meo aquam, inquit, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filia populi mei: Rex David rebellem filium Abalomem fugiens, ascendebat divinum olivarum, scandens & flens, nudis pedibus incidens, opere capite, sed & omnis populus, qui erat cum eo, opere capite ascendebat plorans.* Christus in cruce plorat, sed solus.

Esussumus, ait, qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inveni. Sola mater cum valde paucis plorabat. Ah, si mortalium alicui Deus hanc gratiam in hoc orbe faciat, monstrètque hos vultus geminos filii & matris plorantium, quis sensus foret homini hæc talia cernenti? Christi facies sputis, sanguine, lacrymis foedata, spinæ Christo in mortem pro nocturna vitâ fuerunt, oculi jam fracti lacrymis & cruore pleni, cælum & matrem, carnifices & Phariseos hostes spectabant. Mater, quæ nequit esse afflictior, aspicientem se aspicebat, interea silentes rivuli per genas defluebant; quis non cum hoc filio & hac matre pleret? tamen utrumque Patris voluntas inter hæc ipsa crucis tormenta laudabatur.

Utriusque gemitus in has voces desinebant: *Ita Mater, quoniam sic fuit placitum ante te.* Hi duo vultus ita lacrymis perfusi, & mutuis in sese aspectibus defixi solatio nobis sint in omni afflictione: hæc specula doli laborem & dolorem nostrum omnem mitigant. En Deus, en Dei mater plorat. Ecclesia quot diebus illud præcinit: *In hac lacrymarum valle.* Pane vetendum foret & cantandum, In hac risus cavèa; nam longè sapius ridemus quam fleamus, cum ubique plurima sit flendi materia. Christus Dei Filius, & Maria Angelorum Domina sociatis plorant lacrymis. Lacrymæ proflus ponderosæ: quod enim celsior est dignitas lacrymantium, hoc lacrymæ sunt ponderosiores.

Sed licet hæc quærere, è bone Jesu paulo ante cùm ad supplicium ducereris, prohibueras fletum, nunc teipsum flere quid cogit? Causa longè diversissima: Soly-mæ mulieres deflebant tam dira innocenter tolerantem, ac Christus deflet humanam gentem tam immania scelera patrantem, quæ malorum omnium fuerunt causa. Gregorius Nyssenus lacrymas ait sanguinis esse guttas è corde effusas. Nam uti è vulnerato corpore sanguis, ita è læso corde lacrymæ per oculos fluunt. His ita lacrymis Christus fletuatur cor suum gravissimè vulneratum orbis piaculis. Divus Hilarius lacrymas animæ sudorem vocat: nam uti laboris fatigatio corporis sudorem exprimit, sic animi dolor & afflictio lacrymas elicit. Hinc etiam lacrymæ dicuntur cerebri & cordis viscera per oculos effusa. Verè Dei Filius in cruce viscera misericordiæ, partem sui cordis per oculos exstillavit. Ita per beatissimos illos Christi oculos liquefactum divinæ misericordiæ argentum largiter profudit, quod

Alphonsus
Serm. rom.
alii.

Curt. lib. 8.
cap. 4.

Job cap. 1.
v. 21.

Ioan. c. 18.
v. 36.

Hebr. cap. 5.
v. 7.

Lacrymæ
abluunt
peccatum.
Ambros. super
Lucam.
Hieron. in
Isaiam.

Mass. lib. 1.
Indic. hist.
v. 47.

De quo Ba-
ron tom. 7.
ann. 584.
Lippelco 16.
Maii.

Ita Alphonsus
de Oroso
in Florio Sa-
cro, cap. 26.
mili p. 45.
Hebr. cap. 5.
v. 7.

quod amoris flamma in corde Dominico liquefecit.

Hic alter iste balsami rivus Lacrymæ, non otium tantum, sed libidinis detestationem docet. Cum sceleratus orbis diluvio pleteretur, quadraginta diebus & noctibus calum plorans ploravit, & tamen spurcitas & libidines humanæ gentis abolere nequivit. In hos fletus calum adduxit impurissima hominum vita: hinc illæ lacrymæ. Cur Magdalena tam ubertim & ferid flevit? Contaminata conscientia oculis velut spongas expressit; hinc & illæ lacrymæ, quibus veneros ignes in pectore habitantes extinctum ivit. Deus Israël olim per Moysam ad se trahens, Delevi, ait, ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: revertere ad me, quoniam redemi te. Nubes deletur cum in aquas soluitur; in nube atrâ latent fulgura, tonitrua, fulmina; flante Austro in nimbo tabescit nubes. Magdalena velut nubes atra, ore ac oculis, gestu ac verbis impuros ignes jaculabatur; at verò divinâ flante gratiâ, hæc nubes soluta in lacrymarum aquas contabuit. Et cur rex David tam copiosè flevit, ut lacrymis suum ipse lectum laverit? nam à gemino scelere paratro respiciens aperitissimè fateatur: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Quotidie noctu somni & quietis loco stragulam vestem non solum madefaciam, sed lavabo. Quod Hieronymus ex Hebræo vertit, natate faciam. Deus, quanta diuturnitas & copia lacrymarum, velut rivuli decurrentium, idque proluxâ constantiâ! Nam longo tempore, singulis pane rotis noctibus copiosissimè ploravit in adulteriâ & homicidii patratî supplicium. Hinc istæ lacrymæ.

Quam in plerisque nostrum, etiam post scelera, rare suant lacrymæ! Quod si fors fluant, in ipsis siccati genis, in ipso lapsu suo videas interire. O nimis lenta & rara peccatiûm oculorum stillicidia! Ubi ferius ob Christum morientem luctus? Natamus vino, dum suo Christus natat sanguine; diffluimus deliciis, dum pro nobis Christus diffluit mæroribus; vestimur mollibus, dum Christus cingitur coronâ spineâ; delicatè pascimur, dum Christus fel prandet, dum acetum forbet, opibus involvimur, dum nudus pendet orbis conditor; ridemus & cachinnamur, dum in cruce lacrymatur cæli gaudium; dolorem nullum admittimus, nisi coacti, dum Christo dolorum omnium causa sumus. Monitus rex David à Nathane, clamat: *Peccavi Domino.* Et exinde illiditur terra, stratum lavat lacrymis, pani cinerem miscet, delicias omnes repudat. Monet nos Propheta, sed iudex palam monet, monet vincula, livores, sputa, monet lacrymæ veniamque spondent, sed respicientibus. Ubi jam scelerum pœnitudo, ubi motum constans emendatio?

Suam quisque conscientiam rimeatur, & habebimus abundè quod grandibus lacrymis defleamus. O quoties fœdum in homine sævit incendium, nec ille tamen ullis lacrymis istud extinguere molitur! Julius Solinus de Siculo monte ignivomo. *Ætæna, inquit, perpetuè sulfureo igne ardet, & tamen ex eâ manat frigida. Ætæna est cor humanum, fœdo ardens igne libidinum, & tamen tam multum frigida inde profluit. Hinc frigida oratio, frigida penitentia, frigida & parca elemosyna, frigida & nimium exilis patientia. Ardemus, & pessimos ardores istos lacrymis temperare non satagimus. Omnia tempus habent. Nunc certè flendi tempus est. Si flere non possimus, cor nostrum libidine malè ustularum lacrymis Domini Jesu in cruce fuis lavemus. Ex alto clamat Redemptor: *Revertere ad me, ô homo, quia redemi te.**

§. III. De aquâ è latere Christi profluente.

Tertius fons balsami ex Iride Christo crucifixo defluens est AQUA, non fontana, non putealis, non marina, sed ex ipso Christi pectore hausta. Israëlitis populo sitim nimis quàm impatienter ferente, Deus ad Moysen, *Percuties petram, inquit, & exibit ex eâ aqua, ut bibas*

A populus. Vox Christi crucifixi ad nos est: Populo meo dedi aquam è rupe, at vobis è latere & corde meo. Præcordia mea vobis in aquagium sunt facta.

Christus ad fontem fessis confidens, multa dixit Samaritidi de aquâ vivâ. Et ecce hic illa ipsa est. In cenâ ultimâ misit aquam in pelvum, & pedes suorum lavit, nunc ex ipso pectore mittit aquam lavandis mentibus.

Cum Francogum anno Christiano M. D. LXII. Maximilianus II. Imp. Romanus pronuntiaretur, ante curiam Aquila biceps albo & rubro vino liberalissimè fluxit in avidissimæ plebis jucundam refocillationem.

En Aquilam bicipitem, humanâ divinâque naturâ constantem, in cruce fixam, candido & purpureo latice, aquâ & sanguine fluentem! Hæc illa per Ezechielem promissa est aqua: *Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Hoc & promissit, qui per Psaltem de seipso dixit: Sicut aqua effusus sum. En mater ex oculis, filius ex oculis & corde simul fundit aquam. Tanti redemptio hominis.*

Cum vere gemant vites, plorant. En vitæ veram gemmantem & plorantem. Preteritus hic liquor non oculis solum, sed & pectori medetur. Consilium omnium auctarum est: *Da te ad cordis compunctionem, & invenies devotionem. Compunctio multa bona aperit, quæ dissolutio citò perdere consuevit.* Aqua è Christi latere scaturiens, cordi nostro chrysolea est, illud saluberrimè compungendo. Audimus, legimus, meditamur subinde Christi cruciatus, sed deest cordis compunctio. Quod religiosissimus scriptor his verbis ostendens, *Quia, inquit, ad cor ista non transeunt, & blandimenta adhuc amamus, ideo frigida & valde pigri remanemus.* Ora igitur humiliter ad Dominum, ut det tibi compunctionis spiritum & dic cum Propheta: *Ciba me Domine pane lacrymarum, & potam da mihi in lacrymis in mensurâ.* Ad cordis compunctionem necessariû est, vagationes & excursus mentis tollere, animi sensa colligere, in seipsum descendere. Si vis, inquit vir ille sanctus, corde tenus compungi, intra cubile tuum, & exclude tumultus mundi, sicut scriptum est: *In cubilibus vestris compungimini. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum.* Aqua profluxit è Domini dormientis latere: non inter turbas, sed in quiete compunctio cordis obtinetur. Salubria vitæ monita non legenda tantum vel audienda, sed nobis ipsis expendenda & commeditanda sunt, nec in iis dulciores affectus quærendi, sed animi alacritas ad agendum & pariendum spectanda. Nos plerumque solis inhæremus caremoniis, sed ipsam negligimus, de cortice ligamus, nucleum abjicimus. Vestimenta vindimus, non corda.

§. IV. De fuso Christi sanguine.

Fons quartus balsami ex Iride Christo crucifixo defluens est SANGVIS. Ezechiel de aquæ incrementis, *Cum egredereur, inquit, vir ad Orientem, qui habebat fuciculum in manu suâ, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam usque ad talos. Rursusque mensus est mille, & traduxit me per aquam usque ad genua. Et mensus est mille, & traduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille, torrentem quem non potui pertransire, quoniam intumuerant aque profundis torrentis, qui non potest transvadari. Transivimus per Christi Sudorem, Lacrymas, Aquam è pectore fusam. Nunc verò ad torrentem Sanguinis sumus ducti, quem penetrare non licebit. Moyses olim volumem fœderis legit audiente populo. Deinde sumptum sanguinem resperxit in populum, & ait: *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.* Caremonia fuit, quæ noxas non abluit. Christus dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in Sanguine suo. Hic sanguis Liberalissimus, Nobilissimus, Efficacissimus, Purissimus. Singula hæc paucis explicanda.*

I. Liberalissimus, ad extremam usque guttam pro nobis

Ezech. c. 36. v. 25. mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Hoc & promissit, qui per Psaltem de seipso dixit: Sicut aqua effusus sum. En mater ex oculis, filius ex oculis & corde simul fundit aquam. Tanti redemptio hominis.

Thom. à Kemp. lib. 1. cap. 21. n. 1. Compunctio necessaria est devotioni. Ibid. num. 5.

Psalm. 79. v. 6. mibi in lacrymis in mensurâ.

Psalm. 4. v. 5. In cubilibus vestris compungimini. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum. v. 13.

4. Sanguis.

Ezech. e. 47. v. 3. & seqq.

Exod. c. 24. v. 8.

Apo. cap. 1. v. 5.

Christi sanguis fuit nobis